



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Martini Lvtheri Piae Ac Doctae Operationes In Dvas
Psalmorvm Decades**

Luther, Martin

Basileae

VD16 L 5540

Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37005

Tertio, Ioseph rex & caput populi fidelis inducitur pro exemplopassionis & glorificationis, ne sit dux solo nomine, qui multa iubeat & exigat, nihil uero dux, sed q[uod] populo, cui p[re]fectorus est, legitimu[m] ducis & autoris officio p[re]beat, potest in opere & sermone, incipiens facere & docere.

Quarto iam populus ducem sequens per passiones, primo corporales & fuiores inducitur, quibus exerceatur, contemptis rerum copijs & bonis huius ult[er]ius (qua, abundantia uini & frumenti significat) ad spem, in qua dormit, at in pace. Aique hic crucis primus & insimus est gradus, pro incipientibus & mollieribus descriptus.

Quinto, temporalibus passionibus firmatus, obiectur spiritualibus periculis & tentationibus bellisq[ue] uerbi. Vbi, cum cogitationibus Satanaz, haereticis, scilicet, peruerbis & opinionibus, aduersus pura fidem & spem pugnantibus, acq[ui] adeo cum ipsa spiritualissima belua subgia, ex ipsis bonis nata, qua angelus e celo cecidit, pugnet. Ideo hic uehementioribus & auctioribus affectibus res agitur. Hic solius cordis patiuntur uires & spiritus discribuntur pro ueritate & sinceritate fidei: Qualem in Paulo aduersus Iudeos & pseudoapo- stolos suisse uidemus affectum.

Hoc sexto tandem extremo & perfectio agone, cum morte & inferno certatur, q[uod] certaminis genus, nō cum hominibus, nec super temporalibus, nec spiritualibus gerit, sed intus in spiritu, immo extra & supra spiritum in extasi illa suprema, ubi nemo audit, uide, sentit, nisi spiritus, q[uod] gemitibus inenarrabilibus postulat p[ro] sanctis, ac cum ipso quodammodo deo certat, nec nomen potest huic dari, nec nisi experto cognita fieri. De qua iam uideamus.

DOMINE ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.

Quasitum est, an aliud ira q[uod] furor, aliud arguere q[uod] corrīpere sit. Et notū est alij quoq[ue] locis, argui & castigari simul cōponi, ut Apost. iii. Ego quos amo, arguo, & castigo; ut hic sit ultimum corrīpias, id quod castigis siue disciplines. Argui & corripi differunt. Qui uolat taulogiam esse, abdet suo senīu. Nos interim sic distinguiamus: Qui argui sit reprehendi; corripi, sit reprehēsum percuti. Quae ex usu hominum accipimus, ubi reus, primum accusatur & reprehendit, deinde sententia data, plectitur. Sic & pueri ubi peccauerint, primum arguuntur, deinde uerberantur. Reprehēsum autem ista cordis in spiritu, est paucor ille & horror conscientiae a facie iudicij dei. Qua Christus pro nobis laborauit in horto: sicut de eo Isa. liij. prædixerat: Laborauit anima eius, & cum ipse coepisset sedere & pauere, ait: Tristis est anima mea, usq[ue] ad mortem. Hic enim, omni fidutia exuta, non nisi horribiliter reasibi inuenit anima, & sola coram æterno, iratoq[ue] dei tribunali constituta. De quo lob. ix. Si repente interroget, quis respondebit ei? obmutus tunc enim, non secus atq[ue] ille conuia Euāgelicus Matt. xxij. qui de ueste nuptiis & pedibus, p[ro]scite in tenebras exteriores, exprimit, quod hic dicit, in ira corrīpi. Reprehēsum enim conscientia & conuicta, mox nō sentit aliud q[uod] alter nam sibi intentari dānationē. Nec est ullus q[uod] hunc affectū (q[uod] nec inferiores) summum intelligat, nisi q[uod] gustauerit; Ideoq[ue] nec digne possumus eū tractare. Passus est eum p[ra]ceteris lob, & quidē crebro. Inde David, & Ezechias rex. Ia, xxxvij, & pauci alij. Deniq[ue] Theologus ille germanicus, Io. Taulerus, Germ. Theol.

M iij non raro

M A R. L V T H E R I O P E R A T I O

non raro eius meminit in suis sermonibus. Hac mihi uidetur tentatio illa quod Christus prædixit Lucae. xxij. Vbi inter cetera nouissimi temporis mala, ut tares etiam numerat de cœlo, quibus fiet ut arefcant homines, prætimores, expectatione, quæ superuenient uniuerso orbi, ut periculosisima regnet tribulatio. Sed & iam multos tempore pessima quoq; & periculoſissima regnet tribulatio. Sed & iam multos talia passos & ignaros consilij, uerlos esse ad insaniam, auctius due tabescere, tristari, & consummi. Hac quidam patrum in eremo laborauit.

Timor dei (inquit) etiam ossa consummit.

Nemo hic nobis ogganiat, nec crasto cerebro suo præsumat se mediandi stinctorem prestatre inter seruilem timorem & charitatem. Non capitur hoc opus dei, ulla intelligētiae magnitudine, tenebræ super faciem abyssi hic fuit, simul sunt seruillissimus timor & fuga poenarum, & ardētissima charitas. Sicut Christus psal. cxli. Perit fuga a me, & nō est qui regrat animam meam. Latratoris in comprehensibili profunditate, appetet seruiliis timor intolerabilis, Spiritus fertur sup aquas, & gemitus inenarrabilis solus est reliquis. Denique quid faciat hæc tribulatio, ex indicijs colligitur, quæ psal. denuerat,

Primo, depræcatur iram & furorem dei, quod non faceret, nisi sensisset iram & furorem eius, nō enim recusat argui, & castigari, sed hoc fieri peti in misericordia. Sicut psal. xxv. Proba me dñe, & tenta me, ure renes meos, & cor meū,

Virga duplex Et psal. cxxxvij. Proba me dñe, & scito cor meum, interrogame, & cognosce deit, misericordia aliam iræ. Sic Hieremias. v. Corripe me domine, uerumnamen in iudice, & iræ, semitas meas. Vnde hoc uersu manifeste duplicum uirgam dei docet, aliam misericordiæ, aliam iræ. Sic Hieremias. v. Corripe me domine, uerumnamen in iudicio, & non in furore tuo, ne forte ad nihilum redigas me. Et lob. vii. Quare me posuisti cōtrarium tibi? Quid est homo, qđ magnificas eum? aut quid appetis erga eum, cor tuum? Ista tribulatio in scripturis vocatur etiam dies uulnus, soli, discruti atus impij.

Inspectio dei Sicut Abacuk. xiiij. Aspergit, & dissoluit gentes, & contriti sunt montes seculi. Sic Exodi. xiiij. Respexisse legitur solum super castra Aegyptiorum, & mox secutum patorem, fugamq; Aegyptiorū. Deniq; hæc est dies illa extremitatiæ aeternaliter duratura, quā nemo regere, nemo fugere potest, nisi misericordiam dei spe apprehendat, in Christo Iesu domino nostro,

Docet aut̄ nos psalmus, si quis hoc malo angustiatus fuerit, nō nisi ad ipsum cōfugiat dominum iratum. Verum hoc arduissimum & laboriosissimum est, atq; omnino est sperare cōtra spem, planeq; cōtra impossibilitati, quantum sentit affectus, ubi agitur pugna illa miserrima, quam rex Ezechias de seipso recitat, Isa. xxxvij. Domine (inquit) uim patior, responde q; me. Rursus mox uelut repulsam sentiēs, subiungit: Quid dicam? aut quid respondebit militi, cū ipse fecerit? Quasi diceret illud lob. ix. Et cum inuocātem me exaudiens, non credo, q; audierit uocem meam. Adeo scilicet hīc uariant, spes & desperatio ulcissim, ut si etiam exaudiatur intuocantes a deo, tamen id non sentiant, utne uocem quidem eorum, auditam putent. Quare & hic psalmus dum dicit, in furore tuo, utiq; cōfitetur, ab ipso deo fieri quæ patitur, ut possit dicere: Quid dicam? quid respondebit pro me? nunquid exaudiens? nunquid prodest, si otem deū fugere. quando certus sum, q; ipsem hæc facit? Quare, qui in leuitoribus tentationibus, non didicerunt confugere ad percutientem se (id est, ad deum) sicut in Prophetis locupletissime scribitur esse faciendum, cum ipse omnia faciat quo modo in hac maxima pressura, ad eum confugient, ubi maxime sentitur deus ipsem et facere. Proinde alia omnes tentationes sunt huius perfectissima, uel rudimenta & præludia, in quibus assuecamus, ad deum contra deum con fugere,

fuge Atq; ex hoc loco, sumpta mihi sunt, quæ de poenis animarum in purgatorio aliquando disputauit, q; purgatorium mihi uideretur esse, uelut quædam prope desperatio, & prope infernus, a quibus animæ neque modis suffragi, nec indulgentijs possint redimi, nisi oratione Ecclesiæ, siue his purgentur ac perflantur in charitate, siue satisfaciant pro peccatis, quod ego nescio. Nam neq; uiuentem talia patientem possint ullæ indulgentiæ iuuare, sed solas, & intercessio fidelium.

*Manus de se
renda, non ab
ea elabedum.*

Hoc aut scendum, q; talia passi, huius psalmi doctrina diligentissime seruanda est, ut non euagentur, non querentur, nō querant solatia hominum, sed apud se consilant, manum dei ferant, & cum Propheta nusq; conuertantur, null ad dominū dicentes: Domine ne in furore tuo arguas me. Qua prudentia nulli præstent (ut uolunt huius rei mystæ) summō suo dāmno, e manu dei mendicis & purgantis elabuntur, dum ad consolatiunculam creaturæ confugunt. Non secus acq; si lumen, e manu sigilli, interformādum elabatur, priusq; collidatur, donec penitus inutile fiat, aut prōjici merae tanq; reprobum. Hoc Tren. iiiij. Hieremias pulchre & late docet inter cetera, dicens: Pars mea domi nus dixit anima mea, properea expectabo eum. Bonus dominus sperantibus in eum, animæ querenti illum, bonum est præstolari cum silētio salutare dei. Bonum uero cum portauerit iugum ab adolescentia sua, sedebit solitarius & tacebit, quoniam leuitate super se, ponet in puluere os suum, si forte sit spes, id est, absconde faciem suam, & conuersationem subtrahet, quasi sepultus in puluere cum mortuis. Quo affectu & illud psal. xlviij. dicitur: Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi, & anxiatus est super me spiritus meus, in me turbatum est cor meum. In hoc silentio & hac solitudine, perficitur haec purgatio. Sicut & psal. lxvij. Cor meum conturbatum est in me, & formido mortis cecidit super me. Timor & tremor uenerunt super me, & contexerunt me tenbra, & dixi: Qui dabit mihi penas, & uolabo, & requiescam. Ecce elongatus fugiens, & mansi in solitudine. Expectauit eum qui me saluum fecit a punitiuitate spiritus & tempestate: quod hebreis a commotiōe spiritus & turbinis dicitur; tamen idem est in sensu.

Miserere mei domine, q; uoniam infirmus sum, sana me domine, quoniam conturbata sunt ossa mea.

Secundo, imbecillum se confitetur, scilicet destitutum viribus, ut quæ ferre nequeant inserviabilem illam reprehensionem & correptionem iræ dei. q. d. Terror ire tua uolētior est, q; ut ferre possim, & nisi gratiam uirtutis tuae praebas, desperatus funditus pereo. Sic lob. xij. Deus cuius iræ nemo resistere potest, sub quo curvitur, qui portant orbem. Et Moses psalmo. Ixxxix. Quis non uit potestatem (id est, uim & imperium) iræ tuæ, & præ timore tuo, iram tuam? Et afflicius magnitudinem ostendit toties repetitum nomen domini: Miserere domine, sana domine, usquequo domine. Ita enim faciūt & ij, qui letiioribus tentationibus præmuntur, ut adiutorium & nomen dei iterent corde & ore. Volunt autem uerbū, Miserere, p; prius significare hoc loco, nō remissionem peccatorum (quod uerbo clementia aliquoties significatur, seu miseratoris, ut natu rae uirtute). psal. cx. Misericordia & miserator sed gratia, seu, uirtutem q; roboratur anima, ut apte concinat nomini infirmus, seu, impotens sum: Impotentia enī uirtute iuuat. Talis itaq; est huius tentationis natura, quæ p; prius istis uerbis de scribitur,

M iij